

mus, & mandamus, ut Ven. Fratrem modernum Episcopum Gebennen, in nostrum, & Sedis Apostolicæ generalem, & specialem Visitatorem in toto Ducatu Sabaudie Ditionis dilecti filii Nobilis Viri Caroli Emanuelis Ducis prædicto, auctoritate nostra apostolica constituas, & deputes, cum facultate omnes, & singulas tam Cathedralis, quam Collegiatis, Parochiales, & alias quascumque cum cura, & sine cura Ecclesias, nec non Cappellanas, & Beneficia Ecclesiastica, etiam ruralia, & quæcumque alia quovis nomine nuncupata, aut qualificata, etiam de jure patronatus laicorum cujuscumque dignitatis, status, & conditionis ii sint, Hospitalia, Oratoria, Confraternitates, Societates, seu Scholas etiam laicorum, & disciplinatorum, ac alias quomodolibet appellatas, eorumque Capitula, Universitates, Archidiaconos, Præpositos, Archipresbyteros, vel alias Dignitates etiam majores post Pontificalem, vel principales in Collegiatis, ac Personatus, & Officia obtinentes, Canonicos, Rectores, Portionarios, Presbyteros, Beneficiatos, Clericos, & quocumque nomine nuncupatos superiores, & personas cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentes, aut quovis officii nomine, & titulo præditos, & prædita, etiam exemptos, & exempta, ac Nobis, & Apostolicæ Sedi immediate subiectos, & subiecta, ac quocumque Immunitatis, & exemptionis privilegio suffultos, & suffulta, nec non Ecclesias, Cappellas, Oratoria, ac Domus, Monasteria, & Conventus, ac personas quascumque Monialium, ac etiam virorum regularium Ordinariorum locorum subiectorum dumtaxat, quoad viros regulares videlicet cujuscumque Ordinis, & instituti etiam mendicantium, quocumque privilegio, & indulto suffultorum per se ipsum auctoritate nostra prædicta visitandi, ac tam in capite, quam in membris reformandi, errata corrigendi, ac deformata in melius reponendi, ac ad debitam normam restituendi, nec non Evangelicæ, & Apostolicæ doctrinæ, Sacrorumque Canonum, & Generalium Conciliorum, & præsertim Tridentini Decretis, & Sanctorum Patrum traditionibus, & regularibus Monasteriorum, & Ordinum hujusmodi Instituti a Sede prædicta confirmatis, inherendo, & non alias, prout occasio, rerumque qualitas exegerit, quæcumque mutatione, correctione, emendatione, renovatione, revocatione, ac etiam ex integro editione indigere cognoverit, reformandi, mutandi, corrigendi, ac etiam de novo condendi, condita Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, & regularibus institutis prædictis non repugnantia, confirmandi, abusus quoscumque tollendi, bonas, & laudabiles institutiones, ac in primis divinum cultum, monasticamque disciplinam, & observantiam regulares ubicumque exciderint, modis congruis etiam restituendi; Si aliquos in aliquo delinquentes repererit, eos juxta Canonicas Sanctiones, & regularia Ordinum prædictorum

instituta puniendi, & castigandi: Contradictores quoslibet, & rebelles, eisque auxilium, vel favorem publice, vel occulte, directe, vel indirecte quovis quæsito colore, ingenio, vel prætextu præstantes cujuscumque dignitatis, status, gradus, Ordinis, & conditionis extiterint, per censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia cogendi, & compellendi, aliaque in præmissis, & circa ea necessaria, & quomodolibet opportuna faciendi, gerendi, dicendi, & exequendi. Mandando propterea omnibus, & singulis, ad quos spectat, ut eidem Episcopo Gebennen, in præmissis omnibus, & singulis prompte pareant, & obediant, ejusque salubria monita, & mandata suscipiant humiliter, & efficaciter adimplere procurent, alioquin sententiam, sive poenam, quam rite tulerit, seu statuerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

§. 2. Volumus autem, ut si quæ graviora in hujusmodi visitatione repererit, illa, nec non informationes, & processus omnes in hujusmodi visitatione sumendas, & faciendos sub suo sigillo clausas, & clausos ad Nos quam primum diligenter transmittat, ut quod in illis statuendum sit, matura consultatione adhibita, decernamus.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, nec non in universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, & locorum regularium quoruncumque, & Ordinum, quorum fuerint, etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum omnium tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Præsentibus ad unum annum tantum, & interim ad beneplacitum nostrum duraturis.

Datum Romæ apud S. Mariam Majori sub annulo Piscatoris die 21. Aprilis 1618. Pontificatus nostri Anno XIII.

Graviora negotia ad Sedem Apostolicam deferenda.

Derogatio contrariorum.

Dat. die 21. Aprilis 1618. Ann. XIII.

Ex Reg. in Secret. Brev.

Ecclesiasticis Regni Castellæ mandatur, quædam extraordinaria subsidia Regi solvant intra sexennium pro Religionis catholicæ defensione.

Charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico.

PAULUS PAPA QUINTUS

Charissime in Christo fili noster salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Recordum a re ipsa peti- tum.

Laici Regni Castellæ quædam subsidia extraordinaria Regi offerunt.

Orthodoxæ fidei conservandæ, & propagandæ zelus, ac singularis in apostolicam Sedem devotio, aliaque Catholici cognomine optimo jure insigniti Regis præclara merita, quæ in Majestate tua cœlesti gratia resplendent, plane exigunt, ut subsidia pro ejusdem Fidei defensione a tuis subditis prompte tibi oblata, quantum cum Domino possumus, adjuvemus.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, Subditi Regnorum tuæ Coronæ Castellæ in novissimis Comitibus, sive Curijs habitis, animadvertentes Majestatem tuam pro ejusdem Religionis defensione, & obedientia erga S. R. E. conservatione in tuis, & exteris Ditionibus, & Regnis, gravissimis assidue sumptibus urgeri, tuæ æraria pene exhausta, ita ut nisi aliquo eorumdem subditorum extraordinario subsidio sublevis, eosdem sumptus, in tam laudabilem, Deo gratam, & Reipublicæ Christianæ utilem causam convertendi diutius ferre difficilè possis, quædam superadditionalia nuncupata servitia, sive subsidia, quæ in totum summam decem, & octo millionum nummorum aureorum conficere debeant, ex Gabella Sisa nuncupata super vino, musto, aceto, aquato, oleo, & carnibus in dictis Regnis colligenda, consumenda, & imponenda, non solum per ementes, & vendentes solvenda, sed etiam per eos, qui percipiunt oleum, & vinum ex propriis terrenis, aut affictibus, aut emunt in uvis, aut olivis, seu colligunt pro decimis, aut etiam dono accipiunt, seu aliis ex quovis alio reddito, & introitu habent, & consumunt, præstare prompte obtulerint, omnesque laici, cujuscumque gradus, status, conditionis, & præhæminentia eadem subsidia contribuere, & gabellam solvere debeant, neque ullus immunis futuris sit, aut exemptus, tuæque Majestas Nobis hæc significaverit.

§. 2. Nos promptam, & devotam eorumdem Regnorum, & subditorum tuorum in te voluntatem, qui facultates suas pro catholica Religione conferre intendunt, commendantes, quia, sicut etiam accepimus, si tantummodo laici subsidia hujusmodi contribuere, & gabellam, seu Sisa prædictam solverent, nimis longo tempore summa prædicta conficeretur, & laicorum facultates ad summam hujus-

Ad que præstanda cum eorum vires minime superant;

modi decem, & octo millionum, ut præfertur, aliter conficiendam, minime suppetunt, eadem subsidia per ecclesiasticas personas adjuvanda, ut infra sequitur, existimavimus.

§. 3. Motu igitur proprio, ac matura deliberatione nostris, & de apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & singulas ecclesiasticas personas tam seculares, quam cujuscumque Ordinis, etiam exempti, & apostolicæ Sedi immediate subiecti Regulares: nec non Monasteria utriusque sexus, Conventus, & Collegia, ac Ecclesiarum Capitula, Regnorum Castellæ prædictorum, ac in eisdem Regnis commoran, & consisten, ad conferendum, & contri- buendum proportionabiliter, & non aliis prout laici in dictis subsidiis, mediante solutione Gabellæ, seu Sise eorumdem, subsidiorum causa super vino, musto, aceto, aquato, oleo, & carnibus, in prædictis Regnis colligen, & consumen, imponendæ, seu forsitan impostæ, durante tamen sexennio proximo dumtaxat, & non ultra teneri, & obligatos esse, non tamen quoad prædictas rerum species, quas ex propriis Terrenis, seu Decimis, aut aliis quibuscumque redditibus propriis per se, vel per alios, etiam Affictuarios suos, vel etiam ex elemosynis percipiunt, & pro divino cultu, ac propriis & familiarum suarum usibus consumunt, pro quibus omnino immunes, & exempti sint, decernimus, & declaramus: ita tamen, quod si ante sexennium hujusmodi finem prædicta summa decem, & octo millionum nummorum aureorum confecta fuerit, Ecclesiastici prædicti amplius contribuere, & dictam Gabellam, seu Sisa, ut præfertur, solvere non debeant, ac præfens gratia eo ipso expiret.

§. 4. Decernentes, quod omnes, & singuli Ecclesiastici prædicti recusantes, opportunis juris, & facti remediis, adhibita tamen Ordinariorum Ecclesiasticorum Locorum auctoritate, non autem per Exactores ejusdem Gabellæ, seu Sise, neque per quoscumque Judices, aut Ministros seculares, aut coram ejusdem Judicibus, & Ministris secularibus, sub poena excommunicationis majoris, nec non aliis poenis a sacris Canonibus, & Constitutionibus apostolicis inflictis, & comminatis, ipso facto incurrendis, conveniri nullo modo debeant, sed coram prædictis Ordinariis ecclesiasticis tantum compelli valeant.

§. 5. Quibus Ordinariis districtè precipiendo mandamus, ut divini judicii memores, ne Ecclesiastici indebite, & plusquam laici, nec ultra continentiam nostrarum literarum graventur, super quorum eorumdem etiam Ordinariorum conscientiam oneramus, omnino provident, & contra eosdem ecclesiasticos recusantes, & Regulares, & exemptos, ac nobis, & apostolicæ Sedi immediate subiectos, ad quamcumque simplicem eorumdem Exactorum requisitionem, exe-

Paulus ab Ecclesiasticis quoque præfati mandata intra sexennium.

Recusantes ab Ordinariis vult compelli.

Ita tamen, ut præter concessionem non graventur.

Et pecunie colligende in praescriptis sumis demtaxat convertantur

Derogatur obstantibus

Transumptis credi jubet

Dat. die 8. Aug. 1618. Ann. XIV.

Ex Reg. in Secret. Breu.

Proemium

quative, quacumque appellatione remota, auctoritate nostra, procedant.

§. 6. Volumus autem, ut pecunia ex praedicti subsidii, & Gabella, seu Sisa, ut praefertur, a dictis Ecclesiasticis percipienda, in alios usus, quam catholicae Religionis defensionis, & obedientiae conservationis erga Romanam Ecclesiam, pro quibus, ut praefertur, contribuntur, nullatenus convertantur, super quo Majestatis tuae conscientiam oneramus.

§. 7. Non obstantibus Regnorum praedictorum Statutis, & consuetudinibus, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in quibusvis generalibus Conciliis editis, privilegiis quoque, Indultis, & literis apostolicis Regnis, personis, Capitulis, Monasteriis, Conventibus, Collegiis, & aliis praedictis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis; Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, praesentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice demtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Ut autem praesentes nostrae litterae, cum opus fuerit, ad omnium notitiam facilius devenire possint, decernimus, ut earum exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constituta munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae eisdem praesentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 8. Augusti 1618., Pont. Nostri Anno XIV.

CCLXXXVIII.

Indultum Fratibus Ordinis Eremitarum S. Augustini Regni Valentiae, & Capitulo Cathedralis Ecclesiae Valentiae. V. Thomam a Villanova olim ejusdem Ecclesiae Archiepiscopum appellandi Beatum, Officiumque, ac Missam celebrandi die 18. Septembris.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam

IN Sede Principis Apostolorum nullis licet nostris suffraganibus meritis a

Domino constituti, piis fidelium votis, quibus virtutum Dominus in servis suis honorificatur, libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis.

§. 1. Sane pro parte dilectorum filiorum Prioris generalis, & aliorum superiorum, nec non fratrum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Nobis nuper expositum fuit, quod boni mem: Thomas a Villanova ejusdem Ordinis, dum vixit, professus, ac Archiepiscopus Valentiae multis eximiiis virtutum, gratiarum, ac miraculorum donis a Domino illustratus fuit; quapropter non solum universus Ordo praedictus, sed etiam Charissimus in Christo filius Noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus, ac Venerabilis frater Isidorus Archiepiscopus Valentiae, nec non dilecti filii Capitulum Cathedralis Ecclesiae Valentiae, ac Deputati, Electi, & Syndici Regni, & Civitatis Valentiae Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut donec Canonizationis honorem, quem dicto Thoma a Villanova, ob ejus excellentia merita aliquando divina aspirante gratia habitum iri sperant, ab Apostolica Sede impetrent, idem Thomas a Villanova Beatus vocari, ac de eodem Officium, & Missa, ut infra, recitari possit.

§. 2. Quare Nos re prius per Venerabiles fratres nostros S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus praepositis, quibus eam examinandam mandavimus, mature discussa, de eorumdem Cardinalium consilio, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut ipse boni mem: Thomas a Villanova in posterum Beatus nuncupari, atque singulis annis die decima octava Septembris in toto Regno Valentiae a Religiosis ejusdem Ordinis Sancti Augustini tam Fratibus, quam Monialibus, & in Civitate Valentiae, ubi ejus Corpus requiescere asseritur, & Dioecesi Valentiae, cujus per undecim annos Archiepiscopus fuit, ut praefertur, ab omnibus utriusque Sexus Regularibus personis, & etiam Presbyteris, & Clericis Saecularibus de eo tanquam de Beato juxta Rubricas Breviarum, & Missalis Romani de Communi Confessoris Pontificis Officium recitari, & Missa celebrari respectivè libere, & licite valeant, apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo concedimus, & indulgemus.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 7. Octobris 1618. Pontificatus Nostri Anno Decimoquarto.

Philippus Rex regnumque Valentiae V. Thomam a Villanova Beatum nuncupari posse petunt.

Paulus eum B. appellari, officium fieri in Regno Valentiae finit.

Contraria rel. lit.

Dat. die 7. Octob. 1618. An. XIV.

Ex-

CCLXXXI X.

Extensio Indulti recitandi Officium Beati Philippi Beniti Ordinis Fratrum Servorum B. Mariae pro Regularibus, & saecularibus Civitatis Tudertinae.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam

Exordium

§. 1. Domini Nostri Jesu Christi, qui servos suos aeternae gloriae premio donat in Coelis, vices quamquam immeriti gerentes in terris, ex injuncto Nobis pastoralis officii debito, libenter procuramus, ut eorandem servorum Christi honos, & veneratio in terris promoveatur; ideoque fidelium votis, quae peculiarem erga illos cultum respiciunt, favorabiliter annuimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 2. Sane nomine dilectorum filiorum Communitatis, & hominum Civitatis nostrae Tudertinae, ac Aurelii Raphaelis Ordinis Fratrum Servorum Beatae Mariae Procuratoris generalis, Nobis nuper expositum fuit, quod ipsi ex singulari, quem erga Beatum Philippum Benitium ejusdem Ordinis Professore gerunt, devotionis affectu, ac alias ad augendam fidelium erga illum devotionem, Officium de eodem B. Philippo alias a Nobis per nostras in simili forma brevibus sub die 12. Octobris 1606. expeditas litteras approbatum, in praedicta Civitate, ut infra, recitari posse summopere desiderant; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut de opportuna sibi in praemissis licentia providere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur piis Communitatis, & hominum, nec non Aurelii Raphaelis praedictorum votis hujusmodi annuere, illosque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium demtaxat consequentium serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati de Ven. Fr. nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Praepositorum consilio, ut in Civitate praedicta tantum, ubi ejusdem Beati Philippi corpus, ut asseritur, aservatur, Officium de dicto B. Philippo per Nos, ut praemittitur, approbatum, ab omnibus tam saecularibus, quam regularibus personis publice, privatimque in die ejus obdormitionis in Domino recitari libere, & licite valeat apostolica auctoritate tenore praesentium licentiam, & facultatem perpetuo concedimus, & impertimur.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 24. Octobris 1618. Pontificatus Nostri Anno Decimoquarto.

Indultum a Leone Papa X. Fratibus ejusdem Ordinis concessum, ut pro Beato venerari possint Philippum Benitium dicti Ordinis olim professorem; ejusque festum die 23. Augusti sub duplici officio quotannis celebrare.

LEO PAPA X.

Dilectis filiis Priori generali, & Fratibus Ordinis Beatae Mariae Servorum, sub Regula S. Augustini, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Expofuit Nobis nuper dilectus filius noster Antonius tit. Sanctae Praxedis Presbyter Card. Ordinis vestri Protector, ex parte vestra, quod tempore, quo institutus fuit Ordo vester Fratrum Beatae Mariae Servorum sub Regula S. Augustini, B. Philippus patria Florentinus, ex gente Benitia, trans Arnum, tunc Prior generalis ejusdem Ordinis, velut gemma rutilans, doctrina, humilitate, moribus, jejunii, abstinencia, plurimisque miraculis Ordinem ipsum illustravit, tam eo in humanis agente, quam etiam vita sancto, ob plurima miracula, quae (ut creditur) intercessione ipsius Beati Philippi, pluribus in locis operatus est Altissimus, & praesertim Tuderti, ubi ejus corpus summa cum veneratione quiescit, & pro Beato habitus est, & ad praesens habetur, & colitur.

§. 1. Et propterea pro devotionis affectu, summopere desideratis, instanterque efflagitatis, in vestris Ecclesiis, & Oratoriis utriusque sexus dictum Philippum pro Beato, ac Deo dilecto, orationibus, & officiis, ac Missarum celebrationibus, tam publice, quam private venerari, ac preces effundere, ut apud Deum pro vobis intercedere dignetur.

§. 2. Ac etiam, quod in die obitus dicti B. Philippi liceat vobis a primis Vesperis usque ad secundas Vesperas inclusive per omnes Ecclesias, Monasteria, seu Domos Fratrum, & Monialium d. Ordinis vestri, ipsi B. Philippo, festum duplex cum Campanis, & luminibus, & aliis caeremoniis in festo duplici fieri solitis, celebrare, seu celebrari facere posse, absque superstitione, seu quasi idolatriae nota.

§. 3. Quare idem Cardinalis, qui, ut praefertur, Ordinis vestri Protector existit, & de praemissis ex mandato nostro ad plenum se informavit, & Nobis retulit, ac humiliter supplicavit, ut vestro pio desiderio annuere dignaremur. Nos itaque ejusdem Antonii Cardinalis, & vestris in hac parte supplicationibus inclinati, vobis, ut donec ad Canonizationem ipsius Philippi devotum fuerit, cui ad praesens diversis arduis negociis praepediti vacare non possumus, in quibuscumque ecclesiis, domibus, Mo-

Dat. die 24. Octob. 1618. An. XIV.

B. Philippus Benitus, Ord. Servorum B. Mariae, ante, & post omnium miraculis claruit.

Ideo supplicatur Leoni ut Ordo in suis ecclesiis possit eius officia celebrare tamquam Beati.

Ac in die obitus dupli. festum itid. celebrare.

Leo Pontifex utraque concedit.

nasteris Monialium, Oratorii utriusque sexus, totius Ordinis vestri tantum, tam in Italia, quam extra, in quibuscumque locis consistentibus, liceat vobis absque aliqua superstitionis, vel quasi idolatrie nota, ac conscientia scrupulo venerari, & in Ecclesiis domorum ad eundem Philippum, ut pro vobis apud Deum intercessor existat, in orationibus, & officiis, ac Missarum solemnibus, preces tam publice, quam private, seu secrete fundere, vosque ipsius orationibus commendare, ac etiam quod a primis Vesperis ad secundas Vesperas inclusive diei ipsius Philippi obitus, qui erit die 23. mensis Augusti, sub duplici festo Confessoris, cum Candelis, Campanis, Antiphonis, Versiculis, Orationibus, ceterisque caeremoniis in festo duplici fieri solitis adhibitis, celebrare possitis, & valeatis, auctoritate apostolica, tenore presentium, de specialis dono gratia concedimus.

¶ [Contrariis derogat.]

§. 4. Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, prefertim fel. recor. Alexandri Tertii, & Innocentii Tertii Prædecessorum nostrorum, ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Exemplis huius Conflicti creditur jubet.

§. 5. Et quoniam difficile foret, præsentem literas ad diversas Mundi partes transmittere, volumus, & earumdem presentium tenore decernimus, quod illarum, transumptis, manu publici Notarii subscriptis, & sigillo Protectoris dicti Ordinis, aut Prioris generalis eiusdem munitis, ea prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem presentibus adhiberetur, si exhibitæ forent, vel ostensæ.

Declaratio quod hæc licentia non habet vim Canonizationis.

Dat. Pont. An. III. die 24. Januat.

§. 6. Volumus autem, quod per præmissa præfatus Philippus in Catalogo Sanctorum annumeratus, & canonizatus publice minime censetur.

Datum Florentiæ sub Annulo Piscatoris die 24. Januarii 1516. Pont. Nostri Anno Tertio.

Sequitur ampliatio dicti Indulti, scilicet quod Lectiones propriæ dicti Beati in Matutinis recitari possint, prout etiam Officium de B. Virgine singulis diebus Sabbathi non impeditis.

PAULUS PAPA QUINTUS

Dilectis filiis Priori generali, ac Fratribus Ordinis Servorum Beate Mariæ, salutem, & apostolicam benedictionem.

[Exordium.]

Eximia Ordinis vestri in Deum pietas, & singularis devotio, quam in primis erga Beatissimam Virginem, cuius obsequiis ex prædicti vestri Ordinis Instituto præcipue obstricisti estis, deinde erga Beatum Philippum Benitium, qui eiusdem Ordinis, dum vixit, Prior extitit generalis, & illum, qui fuit vita sanctitate, suo nomine illustrat, ac decorat, vos gerere accipimus, ac Venerabilis fratris nostri Hieronymi Episcopi Albanen. Cardinalis Afculanum nuncupat. dictis Ordinis apud Nos, & Apосто-

licam Sedem Protectoris preces, ac merita jure postulant, ut in his, quæ ad ipsius Beatissimæ Virginis venerationem augendam, & ad Beati quoque Philippi memoriam in vestro Ordine honorificentius recolendam pertinent, piis votis vestris libenter annuamus.

§. 1. Cum itaque vobis fel. record. Leo Papa Decimus Prædecessor noster, eundem Beatum Philippum honorare studens, duplex de eodem Officium vos agere voluerit. Nos eundem Beatum Virum amplius honorificare cupientes, supplicationibus vestro nomine per dictum Hieronymum Episcopum, & Cardinalem Nobis humiliter porrectis inclinati,

§. 2. Vobis, ut in quibuscumque vestri Ordinis ecclesiis in Matutinis Officii, quod de Beato Philippo ex Indulto dicti Leonis Prædecessoris recitare soletis, Lectiones proprias infra scriptas, ex vita ipsius B. Philippi per approbatos Auctores descripta, desumptas, ac jussu nostro per Ven. Fratrem Hieronymum prædictum Afculanum, ac dilectos filios nostros Casarem Baronium, Robertum Bellarminum, & Hieronymum Pamphilium nuncupatos S. R. E. Cardinales, examinatas, & approbatas, recitare libere, & licite possitis, auctoritate apostolica tenore presentium concedimus, & indulgemus.

§. 3. Ac præterea quoniam, ut dictæ preces pariter continebant Officium Beatissimæ Virginis ex antiquo vestri Ordinis more, usque ad reformationem Breviarii fel. record. Pii Papæ Quinti Prædecessoris nostri jussu factam, recitare consueveritis, & eandem laudabilem consuetudinem renovare desideratis, Religiosis desideriis vestris hujusmodi annuentes, ut diebus Sabbathi, aliquo Festo duplici, aut vigilia de præcepto non impeditis, & exceptis Sabbathis Adventus, & Quadragesimæ, Officium solemne, cum ix. lectionibus de Beatissima Virgine agere, & illud agendo, divini Officii obligationi satisfacere, perinde ac si Officium Sabbathi ageretur, similiter libere, & licite valeatis, auctoritate, & tenore presentium, pariter concedimus, & indulgemus.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus apostolicis, ac novi Breviarii Romani editione, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut presentium transumptis, manu Prioris, seu Vicarii generalis, ac sigillo vestri Ordinis obsignatis, eadem fides, quæ ipsis presentibus haberetur, ubique locorum habeatur. Lectionum vero &c. Omittantur Lectiones, quia legi possunt in Breviario Romano.

Datum Romæ apud S. Marcum die 12. Octobris 1606. Anno Secundo.

Leo X. concessit Ordini quod sub duplici officio Beati Philippi Beniti festum celebrare possit, ut sup. in ejus Constit.

Et hic Pont. indulget, ut divisiones proprias d. Beati in Matutinis recitare possint.

Debet etiam Officium solemne de B. Virgine singulis Sabbathis non impediri.

Quibuscumque non obstantibus.

Exemp. fides.

Dat. P. Ann. II. die 12. Octobr.

Sub-

Subsequitur extensio prædicti Indulti recitandi Officium de dicto Beato ad omnes Presbyteros tam Regulares, quam seculares in Civitate Florentina.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Domini Nostri Jesu Christi, qui servos suos aeternæ gloriæ premio donat in Cœlis, vices quamquam immeriti gerentes in terris, ex inuncto Nobis pastoralis officii debito, ut eorumdem servorum Christi honores, & veneratio promoveatur, libenter procuramus, & Christianissimum votis, quæ peculiarem erga illos cultum respiciunt, libenter annuimus, ut conspicimus salubriter in Domino expedire.

Leo X. Ord. Fr. Servorum B. Mariæ concessit quod in omnibus suis Ecclesiis Officium de B. Philippo Benitio Florentino celebrare possint in die sui obitus.

Cosm. postea M. Dax Henricus Pontifici supplicavit pro festi celebratione, & extensione d. Indulti ad omnes personas ecclesiasticas Civitatis Florentiæ.

Idem ergo Pontifex id concedit, & festum die 23. Aug. celebrari posse indulget.

§. 1. Sane nomine dilecti filii Aurelii Raphaelis Ordinis Servorum Beate Mariæ Procuratoris generalis, Nobis nuper expositum fuit, quod aliàs fel. rec. Leo Papa Decimus Prædecessor noster Fratribus Ordinis præfati indulgit, ut in omnibus d. Ordinis Ecclesiis Officium de B. Philippo Benitio Florentino, olim d. Ordinis professore, in die ejus obdormitionis in Domino celebrare possent, & valerent, prout in dictis Leonis Prædecessoris desuper expeditis in simili forma Brevis literis plenius continetur.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, bon. mem. Ferdinandus, dum vixit, desideraverit, ac dilectus filius nobilis vir Cosmus Hetruriæ sibi subiectæ Magni Ducis, ac dilectæ in Christo filiae nobilis mulieris Christernæ dicti Ferdinandi vidua relicta, ipsiusque Cosmi Mater, ac Maria Magdalena Archiducissa Austriae ejusdem Cosmi uxore, nec non Ven. Frater Alexander Archiepiscopus Florentinus plurimum cupiant, indultum hujusmodi ad alias omnes tam regulares, quam seculares personas ecclesiasticas Civitatis Florentinæ, in qua d. Beatus Philippus natus, & educatus fuit, extendi, ac diem festum celebrari posse.

§. 3. Nos pium Cosmi Magni Ducis, & Christernæ Magnæ Ducissæ viduæ, ac Mariæ Magdalene Archiducissæ, nec non Alexandri Archiepiscopi præfatorum desiderium plurimum in Domino commendantes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, de Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum consilio, omnibus, & singulis ecclesiasticis personis, tam secularibus, quam regularibus, ut in die obdormitionis in Domino d. B. Philippi, qui ut asseritur, est 23. mensis Augusti, ejus festum celebrare, & Officium de d. B. Philippo sub ritu simplici juxta formam, & rubricas Breviarii Romani in Civitate Florentina præfata tantum, peragi libere, & licite possint, & valeant, apostolica auctoritate tenore presentium licentiam, & facultatem perpetuo concedimus, & impertimur.

Derogaturque contrariis.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, Bull. Rom. Tom. V. Par. IV.

& ordinationibus apostolicis, ac d. Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

D. Pont. An. XI. die 31. Julii.

Datum Romæ apud S. Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris die ultima Julii 1615. Pontificatus nostri Anno XI.

CCXC.

Beatificatio V. Paschalis Baylon ex Discalceatis Ord. Minorum Regularis Observantia, Provincia S. Joannis Baptista Regni Valentia: Cum indulto recitandi Officium, & celebrandi Missam pro Fratribus hujus Ordinis in eodem Regno Valentia, ac in Oppido Villæ Regalis ejusdem Regni, ubi ejus Corpus requiescit.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

In Sede Principis Apostolorum, nullis licet nostris suffragantibus meritis, a Domino constituti, piis fidelium votis, quibus virtutum Dominus in servis suis honorificatur, libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis.

§. 1. Sane pro parte dilectorum filiorum Ministrorum Generalis, & aliorum superiorum, necnon Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de observantia Discalceatorum nuncupatorum, Nobis nuper expositum fuit, quod bo. me. Paschalis Baylon ejusdem Ordinis, dum vixit, professor, multus, & eximiis virtutum, gratiarum, ac miraculorum donis a Domino illustratus fuit; quapropter non solum universus Ordo prædictus, sed etiam charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus, ac dilecti filii Nostri Franciscus S. R. E. Cardinalis Lermæ nuncupatus, necnon totius Regni Valentia: Procures Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut donec Canonizationis honorem, quem dicto Paschali Baylon, ob ejus excellentia merita, aliquando, divina adspirante gratia, habitum iri sperant, ab Apostolica Sede impetrent, idem Paschalis Baylon Beatus vocari, ac de eodem Officium, & Missa, ut infra, recitari possit.

Instantia facta Pont. pro hujus Viri Beatificatione.

§. 2. Quare Nos, re prius per Venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus Præpositos, quibus id examinandum mandavimus, mature discussa, de eorumdem Cardinalium consilio hujusmodi supplicationibus inclinati; Ut ipse bona memorie Paschalis Baylon in posterum Beatus nuncupari, atque de eo singulis annis die 17. Maii, quo obdormivit in Domino, a Fratribus ejusdem Ordinis in Regno Valentia: commorantibus, tamquam de Confessore non Pontifice, juxta Rubricas Breviarii, & Missalis Romani Officium recitari, & Missa celebrari, nec non in Ecclesia Fratrum ejusdem Ordinis Oppidi Villæ Regalis in eodem Regno Valentia: existen-

Qui peritis annuens, ab omnibus Ordinis S. Francisci Discalceatorum Fratribus, Missam, & officium celebrari posse permittit.

Kk

Cum derogatione contrarium.

Dat. die 29. Octobr. 1618. An. XIV.

Referretur indultum, de quo in precedenti Constitutione.

stentis, ubi eius Corpus requiescere aſſeritur, ab omnibus presbyteris, tam ſecularibus, quam regularibus Miſſa, ut ſupra, ſimiliter celebrari libere, & licite poſſit, & valeat, apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus.

§. 3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, nec non quatenus opus ſit, dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 29. Octobris 1618. Pontificatus Noſtri Anno Decimoquarto.

Sequitur extenſio conſeſſionis ejuſdem. Indulti pro univerſis Religioſis utriuſque ſexus ejuſdem Ordinis in Hiſpaniarum Regnis, & pro cuncto Clero in Oppidis, ubi B. Paſchalis natus fuit, vel ubi eius Corpus requieſcit.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Aliaſ pro parte dilectorum filiorum. Miniſtri Generalis, & aliorum Superiorum, necnon Fratrum Ord. Minorum S. Franciſci de Obſervantia Diſcalceatorum nuncupatorum Nobis expoſito, quod bo. me. Paſchalis Baylon ejuſdem Ordinis, dum vixit, profeſſor, multis, & eximiis virtutum, gratiarum, & miraculorum donis a Domino illuſtratus fuerat, & idcirco non ſolum univerſus Ordo prædictus, ſed etiam chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, ac dilecti filii noſtri Franciſcus S. R. E. Cardinalis Lermæ nuncupatus, nec non totius Regni Valentia Proceres Nobis humiliter ſupplicari fecerant, ut donec Canonizationis honorem (quem dicto Paſchali Baylon ob ejuſ excellentia merita, aliquando divina ad ſpirante gratia, habitum iri ſperabant) ab Apoſtolica Sede impetrarent, idem Paſchalis Baylon Beatus vocari, ac de eodem Officium, & Miſſa recitari poſſet: Nos, re prius per Venerabiles Fratres noſtros ejuſdem S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus Præpoſitos, quibus eam examinandam mandaveramus, mature diſcuſſa, de eorumdem Cardinalium conſilio huiusmodi ſupplicationibus inclinati, ut ipſe bo. me. Paſchalis Baylon impoſterum Beatus nuncupari, atque de eo ſingulis annis die 17. Maii, quo obdormivit in Domino, a Fratribus ejuſdem Ordinis in Regno Valentia commorantibus, tamquam de Confeſſore non Pontifice, juxta rubricas Breviarii, & Miſſalis Romani Officium recitari, & Miſſa celebrari, necnon in Eccleſia Fratrum ejuſdem Ordinis Oppidi Villæ Regalis in eodem Regno Valentia exiſtentis, ab omnibus Presbyteris, tam ſecularibus, quam Regularibus Miſſa, ut ſupra, ſimiliter ce-

lebrari libere, & licite poſſet; & valeret apoſtolica auctoritate conſeſſimus, & indulgiſimus, prout in aliis Noſtris in ſimili forma Brevis ſub die 29. Octobris anni 1618. expeditis literis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, plenius continetur.

§. 2. Cum autem, ſicut dictus Philippus Rex, ac dilecti filii Miniſter Generalis, necnon alii Superiores, & Fratres ejuſdem Ordinis S. Franciſci de Obſervantia Nobis nuper expoſiti fuerunt, ipſi pro eo, quem erga ipſum Beatum Paſchalem gerunt, devotionis affectu, plurimum cupiant, conſeſſionem, & indultum, ac deſuper conſeſſas literas huiusmodi ad univerſum Ordinem, Fratrum Minorum de obſervantia huiusmodi, ac etiam ad prædictum Villæ Regalis, ubi ejuſdem Beati Paſchalis Corpus requieſcere, necnon Turris Formoſæ Seguntinæ diceceſis, unde idem Beatus Paſchalis oriundus eſſe aſſeritur, reſpective Oppida per Nos, ut infra, extendi; Nobis idcirco humiliter ſupplicari fecerunt, ut eorum votis in præmiſſis annuere de benignitate apoſtolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur de eorumdem Cardinalium conſilio poſterioribus huiusmodi ſupplicationibus inclinati, conſeſſionem, & indultum, ac deſuper conſeſſas literas huiusmodi ad omnes utriuſque ſexus Religioſos dicti Ordinis Minorum Regularis obſervantia in Regnis Caſtellæ, & Aragonia commorantes, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium extendimus, & ampliamus. Nec non, ut in Villæ Regalis (ubi ejuſdem Beati Paſchalis Corpus requieſcere) ac Turris Formoſæ, ubi idem Beatus Paſchalis, ut præfertur, natus, & educatus eſſe aſſeritur, Oppidis prædictis ab omnibus utriuſque ſexus Regularibus, ac etiam Presbyteris, & Clericis ſecularibus, de eodem Beato Paſchale, juxta rubricas Breviarii, & Miſſalis Romani huiusmodi de communi Confeſſoris non Pontificis Officium recitari, & Miſſa celebrari reſpective valeat, auctoritate, & tenore prædictis concedimus pariter, & indulgemus.

§. 4. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in dictis literis volumus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 5. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtituta munitis eadem proſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 10. Februarii 1620. Pont. noſtri Anno XV.

Petitione extenſionis.

Indultum, de quo in Rub.

Contrarium derogatio.

Fides danda tranſumptis.

Dat. P. An. XV. die 10. Febr.

De Magiſtrorum Cœremoniarum, aliorumque Officialium S. R. E. Cardinalium Collegii Emolumentis, & Privilegiis.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Ides, & diligentia Magiſtrorum Cœremoniarum, ac Clericorum, & Officialium Sacri Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Collegii, eorumque affidui labores in rebus, & negotiis ejuſdem Sacri Collegii, procurandis, eorumque præfertim, qui nunc in officio ſunt, a Nobis merito requirunt, ut eorum jura, & privilegia, quibus ex antiqua, & approbata conſuetudine potiuntur, & gaudent, noſtro patrocinio benigne tueamur.

Recente ſumram pecuniarum, S. R. E. Card. ſolvi ſolitarum Magiſtri, Cœremoniarum, Secretario, Clerico, & Computiſta, in Creatione, & obitu eorumdem.

§. 1. Sane cum dilecti filii Magiſtri noſtri Cœremoniarum, centum: Secretarius vero, ac Clericus, & Computiſta ejuſdem Collegii Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, ſeptuagintaquinque ducatos auri de Camera a ſingulis Cardinalibus in promotionibus eorum ad Cardinalatus honorem; quinquaginta videlicet pro quolibet Magiſtrorum Cœremoniarum huiusmodi, ac viginti quinque pro quolibet aliorum trium Officialium, ſeu Miniſtrorum præſorum: in obitu autem ipſorum Cardinalium iidem Magiſtri Cœremoniarum quinquaginta, Secretarius vero, ac Clericus, & Computiſta præſati ſimiliter ſeptuagintaquinque ducatos huiusmodi; videlicet viginti quinque pro quolibet Magiſtrorum Cœremoniarum, ac pariter viginti quinque pro quolibet eorumdem trium Officialium, ſeu Miniſtrorum ab ipſorum Cardinalium hæredibus accipere, & exigere conſueverint, dictique centum in promotione, & quinquaginta in obitu præſatis Magiſtris, ac ſeptuagintaquinque in promotione, & pariter ſeptuaginta ducati ſimiles in obitu eorumdem Cardinalium aliis tribus Officialibus, ſeu Miniſtris, ut præfertur, ſolvi debeant.

Cauſa huius Conſtit.

§. 2. Nihilominus Nos, ne ex eo, quod literæ Apoſtolice pro omnibus huiusmodi Officialibus hætenus nullæ emanaverint, ſive ex eo, quod ad Cardinalatus honorem promoti poſt illorum promotionem Romam nondum venerint, ſive ex eo, quod Cardinales ipſi extra Romanam Curiam deceſſerint, vel aliâs, Magiſtris, & Officialibus, ſeu Miniſtris præſatis dictas ſummas illis, ut præfertur, debitas, ſolvere reculent, ſeu longius differant in eorum grave præjudicium: attendentes præſatos Cardinales officio Magiſtrorum, ac trium Officialium, ſeu Miniſtrorum præſatorum egere, & uti dictamque ſummam a Romanis Pontificibus tamquam mercedem, ſeu pro mercede illorum ab immemorabili tempore conſtitutam eſſe.

Quam prædictam ſummam ad S. R. E. Card. & ejuſ.

§. 3. Et propterea indemnitate eorum conſulere volentes, Motu proprio, & certa ſcientia noſtra, præſatis Cœremoniarum Bull. Rom. Tom. V. Par. IV.

rum Magiſtris centum, ac Secretario, ac Clerico, ac Computiſta ſeptuaginta quinque in Promotione ad Cardinalatus honorem; nec non ejuſdem Magiſtris, quinquaginta, ac Secretario, Clerico, & Computiſta ſimiliter ſeptuaginta quinque ducatos auri de Camera præſatos poſt obitum ſingulorum Cardinalium huiusmodi, etiamſi ad Cardinalatus honorem promoti Romam nondum venerint, & ſive in Romana Curia, vel extra eam, & ubicumque decedere contigerit, in ſupplementum mercedis ordinariæ eorumdem Officialium, ſeu Miniſtrorum deberi, illiſque conjunctim per pro tempore exiſtentes Cardinales præſatos, ſeu eorum Agentes, & hæredes reſpective, & aliâs, ut præfertur, abſque mora ſolvi, & cuilibet ex eis conſignari debere, ſine tamen præjudicio quorumcumque jurium Camera Apoſtolice tenore præſentium perpetuo ſtatuumus, & ordinamus.

1619. hæredibus reſpective omnimoda ſolvi debere, ſtatuit.

Executores deputat.

§. 4. Injungentes propterea dilectis filiis ejuſdem S. R. E. Collegii dictorum Cardinalium moderno, & pro tempore exiſtenti Camerario, nec non Curia Cauſarum noſtræ Apoſtolice generali Auditori, quatenus infra menſem a die promotionis eorumdem Cardinalium computandum, etiamſi iidem Cardinales nondum, ut præfertur, Romam venerint, per dicti Collegii Depositarium, vel aliâs, prout melius expedire videbitur, centum Magiſtris Cœremoniarum, ac ſeptuaginta quinque Secretario, Clerico, & Computiſta; in obitu autem, ſeu poſt obitum præſatorum Cardinalium, ſive in dicta Curia, ſive extra eam, & ubicumque decedere contigerit, quinquaginta ejuſdem Magiſtris, ac pariter ſeptuagintaquinque ducatos præſatos Secretario, Clerico, & Computiſta præſatis hæredibus eorumdem Cardinalium, quibusvis appellationibus, ſubterfugiis, & cavillationibus remotis, ut præfertur, perſolvant, & etiam cum effectu faciant, ac ſummam, & expeditum juſ illis adminiſtrant, omnibuſque remediis opportunis ſibi beneviſis, etiam cum invocatione auxilii brachii ſecularis cogant, & compellant.

Contrariis removet.

§. 5. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutiſque, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis præſatis Cardinalibus, & quibusvis aliis ſub quibuscumque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibusvis clauſulis, & decretis in contrarium quomodolibet conſeſſis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, & expreſſa mentio habenda foret, eorumque tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliâs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 3. Januarii 1619. Pontificatus Noſtri anno XIV.

Dat. die 3. Januarii 1619. An. XIV.

Constitutio Pii Papa IV. de emolumentis
perfolvendis in Creatione, & Obitu Car-
dinalium Magistris Coereoniarum.

PIUS PAPA QUARTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Causa hujus
Constitutio-
nis.

Licet, sicut Nobis constat, & dum in mi-
noribus essemus, sepe vidimus, & ipsimet
experti sumus, dilecti filii Magistri nostri
Coereoniarum a singulis S. R. E. Cardina-
bus in promotionibus eorum ad Cardinala-
tus honorem centum, & in obitu, seu post
obitum ipsorum Cardinalium ab hæredi-
bus eorum quinquaginta ducatos auri de
Camera habere, & consequi consueve-
rint, dictique centum in promotione, &
quinquaginta ducati in obitu hujusmodi
præfatis Magistris solvi debeant: Nihilomi-
nus nonnulli ex dictis Cardinalibus, seu
eorum agentes, & successores, nescitur quo
prætextu, dictam summam per eos, ut præ-
fertur, debitam, eisdem Magistris solvere
recusant, in eorum grave præjudicium.

Statuit centum
in promotio-
ne ad Card.,
& 50. ducato
auri de Cam-
era in obitu sin-
gular. Card.
Coereon. Mag.
omnino solvi
debere.

§. 1. Nos igitur attendentes, præfatos
Cardinales officio distorum Magistrorum
egere, & uti, dictamque summam a Roma-
nis Pontificibus tamquam mercedem, seu
pro mercede eorumdem Magistrorum ab
immemorabili tempore citra constitutam
fuisse, & esse, & propterea indemnitatibus
eorum opportune consulere volentes, Motu
proprio, & ex certa nostra scientia, centum
in promotione ad Cardinalatus honorem,
& quinquaginta ducatos auri de Camera
prædictos in obitu, seu post obitum singu-
lorum Cardinalium hujusmodi, sive in Ro-
mana Curia, sive extra eam, & ubicumque
decefferint, vel decedere contigerit, præ-
fatis Magistris debere, ac sibi per modernos,
qui illos solvere recusant, & pro tempore
existentes S. R. E. Cardinales, seu eorum
agentes, & heredes respective solvi, & eis
consignari debere, auctoritate apostolica
tenore præsentium, perpetuo statuimus, vol-
lumus, & ordinamus.

Executores
illius Constit.

§. 2. Mandantes propterea dilectis filiis
Guidoni Afcanio, Sanctæ Mariæ in Vialata,
Diacono Cardinali de Sancta Flora nuncu-
pato, nostro, & ejusdem Romanæ Ecclesiæ
Collegii distorum Cardinalium modernis,
& pro tempore existentibus Camerariis,
quatenus eisdem Magistris Coereoniarum
de dictis ducatis sic debitis, & solvi recusa-
tis, per Cardinales, seu eorum Agentes, &
heredes præfatos respective, plenarie, &
integre responderi faciant.

Mandar solvi
omnimode di-
ctis Magist.
infra mensem.

§. 3. Et nihilominus de cætero pro po-
tiori cautela, infra mensem a die Promo-
tionis eorumdem Cardinalium computan-
dum, per dicti Collegii Depositarium, vel
alius, prout melius expedire videbitur,
centum, quinquaginta vero ducatos hujus-
modi in obitu, seu post obitum præfatorum
Cardinalium, sive in dicta Curia, sive extra
eam, & ubicumque decefferint, vel decede-
re contigerit, ut præfertur, ab hæredibus

eorumdem Cardinalium, quibusvis appel-
lationibus, subterfugiis, & cavillationibus
remotis, ipsis Magistris Coereoniarum
perfolvi curent, & etiam cum effectu fa-
ciant, & ad id illos omnibus remediis op-
portunis sibi benevisis, etiam cum invoca-
tione auxilii brachii sæcularis cogant, &
compellant.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac
Constitutionibus, & Ordinationibus Aposto-
licis, statutisque, & consuetudinibus, etiam
juramento, confirmatione Apostolica, vel
quavis firmitate alia roboratis statutis, privi-
legiis quoque, indulgentiis, & literis Apostolicis
præfatis Cardinalibus, & quibusvis aliis sub
quibuscumque verborum formis, & tenori-
bus, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in
contrarium quomodolibet concessis. Quibus
omnibus, etiam si de illis, eorumque totis
tenoribus specialis, & expressa mentio ha-
benda foret, eorum tenores præsentibus
pro sufficienter expressis habentes, illis aliis
in suo robore permanentibus, hac vice dum-
taxat specialiter, & expresse derogamus,
cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum
sub Annulo Piscatoris, die 10. Maii 1563.
Pont. Nostri Anno IV.

Derogatio
contrariorum

Dat. die 10.
Maii 1563.
An. XIV.

CCXCII.

Jubilæi indicio ad divinam opem in
præsentibus Ecclesiæ necessitati-
bus implorandam.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Universis Christianis fidelibus presentes literas
inspecturis, salutem, & Apostolicam
benedictionem.

Dominus, ac Deus noster excelsus,
qui in omnibus operibus suis justus
est, & misericors, justo licet iudicio vixit
in virga iniquitates nostras, & in verberibus
peccata nostra, misericordiam tamen
suam non amovet a nobis: Temporalia
enim immittens flagella, immensa beni-
gnitate, & charitate sua revocat Nos ab
iniquitatibus nostris, ut ad penitentiam
adducamur.

Exordium.

§. 1. Id vero Nos cogitantes, sicut
pro nostra pastoralis cura maximo cordis
dolore afficimur, cernentes tantis, ac tam
gravibus procellis interdum, ac præcipue
hoc tempore in inclita Germania, & vi-
cinis Provinciis agitari Ecclesiam Dei,
ita etiam speramus in Domino, quod si
eum, pressuris nos in vias suas revocan-
tem, audierimus, dignos fructus agentes
penitentia, de tribulationum procellis
populum suum educet, & tranquillitatem
Ecclesiæ suæ restituet. Hoc vero, ut im-
petrare valeamus, in corde contrito, &
humiliato orationibus ad Deum adeam-
us; scriptum est enim: Orabit me, &
ego

Causa indi-
citionis hujus
Jubilæi.

ego exaudiam vos, quæretis me, & in-
venietis, cum quæseritis in toto corde
vestro: Nec desint orationes, jejunia,
elemosynæ, & alia pia opera, memores
Danielis, cujus verba, ex quo die appo-
suit cor suum, ut se affligeret in conspectu
Dei, exaudita fuerunt: Nam quod atti-
net ad elemosynas, eas peccata purgare,
ac facere, ut inveniatur misericordia, sa-
tis etiam divinis eloquiis admonemur.
Quo circa, ut quantum cum Domino
possumus, fideles ad hec alacrius pera-
genda invitemus, pro nostro pastoralis
officii munere, ex solemani Ecclesiæ Ca-
tholicæ more, ejusdem Ecclesiæ thesau-
ros, quorum, licet nullis nostris meritis,
a Domino dispensatores constituti sumus,
proferre, & largissime erogare decre-
vimus.

Hortatur ad
eius assuetu-
dinem.

§. 2. Itaque ex parte omnipotentis
Dei Patris, & filii, & Spiritus sancti, omnes,
& singulos utriusque sexus Christiani-
fideles tam in Alma Urbe nostra, quam
alibi ubique locorum constitutos, apo-
stolica auctoritate paterne, enixeque re-
quirimus, monemus, & in Domino ad-
hortamur ad infra scripta devote peragen-
dum, & adimplendum, ac ad Deum pa-
trem misericordiarum orandum, ut per
viscera misericordiae suæ fidem catholi-
cam protegere, ab hostium conatibus, &
insidiis defendere, hæresim extirpare,
Principibus Christianis pacem, & veram
concordiam donare, ac præcipue præsen-
tibus Ecclesiæ necessitatibus subvenire di-
gnetur.

Jubilæum
prædictis con-
cedit iis, qui
inter fuerint
Processionib.
hic enumeratis,
ac fecerint
alia, ut hic.

§. 3. Quamobrem de omnipotentis
Dei misericordia, ac Beatorum Petri,
& Pauli Apostolorum ejus auctoritate,
consilii ex illa ligandi, atque solvendi po-
testate, quam Nobis Dominus, meritis
minime suffragantibus, contulit, Univer-
sis, & singulis Christianis fidelibus in Alma
Urbe prædicta degentibus, qui solemnibus
processionibus, quas ab ecclesia Sanctæ
Mariæ Angelorum nuncupata ad Basi-
licam Sanctæ Mariæ Majoris, & ab eccle-
sia S. Mariæ super Minervam ad ecclesiam
Sanctæ Mariæ de Anima, pariter nuncu-
patam, feria quarta, & sexta Nos sequenti
hebdomada una cum Venerabilibus
Fratribus Nostri S. R. E. Cardinalibus,
Christianorumque Regum, & Principum
apud Nos, & Apostolicam Sedem Orato-
ribus, omnibusque Prælati, & Proceribus,
universoque Clero, & populo age-
mus, interfuerint, aut qui prædicta, vel
illam sequenti hebdomada eisdem eccle-
siis, vel duas illarum saltem semel visi-
taverint, ibique devotè, ut supra, Deum
oraverint, ac feria quarta, & sexta, ac
Sabbatho ejusdem, vel sequentis hebdo-
madæ jejunaverint, & peccata sua con-
fessi fuerint, atque in primo die Domini-
co, vel secundo, seu saltem alio dictarum
hebdomadarum die Sanctissimum Eucha-
ristiæ Sacramentum reverenter susceperint,
& elemosynas ad libitum, prout
charitas singulis suggererit, fecerint.

§. 4. Cæteris vero omnibus, & singulis
fidelibus extra Urbem existentibus, in-
quibusvis Civitatibus, Terris, & Locis,
qui processioni ab Ordinariis locorum,
vel eorum Vicariis, seu Officialibus, vel
de eorum mandato, & ipsis deficientibus,
per eos, qui ibi curam animarum exer-
cent, prima, vel secunda hebdomada,
postquam ad eorum notitiam hæc nostræ
literæ devenerint, indicendæ, & agendæ,
interfuerint, vel ecclesiam, seu ecclesias
per eosdem designandas saltem semel vi-
sitaverint, ibique, ut supra, Deum ora-
verint, ac feria quarta, sexta, & Sabbatho
alterius ex duabus hebdomadis ab eisdem
deputandis jejunaverint, pariterque pec-
cata sua confessi, ac Sanctissima Commu-
nionem refecti fuerint, & elemosynas si-
militer pro arbitrio suo fecerint, plenissi-
mam omnium peccatorum suorum In-
dulgentiam, & remissionem, sicut in Anno
Jubilæi visitantibus certas ecclesias in-
tra, & extra Urbem concedi consuevit,
tenore præsentium concedimus, & elar-
gimur.

Absentibus
formam illud
consequendi
præscribit.

§. 5. Navigantes vero, aut iter agen-
tes, ut cum primum ad sua sese domicilia
repperint, supra scriptis omnibus peractis,
ut supra, eandem Indulgentiam consequi
possint, & valeant.

§. 6. Regularibus autem personis utri-
usque sexus, in claustris perpetuo degentibus,
nec non aliis quibuscumque tam
Laicis, quam Religiosis sæcularibus, seu
regularibus in carcere, aut in captivitate
existentibus, vel aliqua corporis infirmitate,
seu alio quocumque impedimento
detentis, qui supra expressa, vel eorum,
aliqua præstare nequiverint, ut confessari-
us, quem, ut infra elegerint, prædicta
omnia, & singula, vel eorum aliqua in
alia pietatis opera commutare, vel in
aliud proximum tempus prorogare possit,
eaque injungere, quæ ipsi penitentes effi-
cere poterunt, pariter concedimus, & in-
dulgemus.

Facultatem
eligendi Con-
fessionum ap-
probatorum cū
potestate ab-
solvendi a ca-
sibus reserva-
tis, ut hic e-
riam largitur
De Confess.
approb. vide
Concil. Trid.
Sess. 23. c. 15.

§. 7. Cupientes autem, omnes Chri-
stifideles participes fieri hujus pretiosissimi
thesauri, Univeris, & singulis utriusque
sexus tam laicis, quam Ecclesiasticis, sæ-
cularibus, & regularibus cujusvis Ordinis,
Congregationis, & Instituti licentiam,
concedimus, & facultatem damus, ut
sibi ad hunc effectum eligere possint
quemcumque Presbyterum Confessionarium
tam sæcularem, quam cujusvis Ordinis
regularem, ex approbatis a locorum Or-
dinaris, qui eos ab omnibus excommuni-
cationis, suspensionis, & aliis ecclesiasticis
sententiis, & censuris a jure, vel ab ho-
mine quavis causa latis, seu inflictis, nec
non ab omnibus peccatis, excessibus, cri-
minibus, & delictis quantumvis gravibus,
& enormibus, etiam locorum Ordinaris,
sive Nobis, & Sedi Apostolicæ, etiam in
literis die Cœnæ Domini legi solitis, con-
tentis, & aliis per quascumque Romano-
rum Pontificum Prædecessorum nostro-
rum Constitutiones, quarum tenores præ-
sen-